

**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 19. De emptione quæ fit anticipata solutione, & de venditione quæ fit  
per proxenetam,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

etum, quando nullum ex parte cements interuenit lucrum cef-  
fans, aut dampnum emergens; ac debitum tale est, vt morta-  
liter loquend. integrum absq; expensis, & labore recuperan-  
dum sit suo tempore, contractum esse illicitum, & inducere  
obligationem restituendi vsque ad complementum latitu-  
dinis pretij quod debebatur. Ita prater Med. in Codic. De  
rebus relit. quæst. 3, cuius memin. Nauar. tenent. D. An-  
ton. 2. par. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4. Angelus vñura 1. §. 6. Sylue-  
stervñura 2. quæstio. 14. vers. 4. Gabr. in 4. distinet. 15. quæstio.  
11. dub. 4. Sot. 6. de iust. & iure, quæstio. 4. art. 1. in solu-  
tione tertij argumenti, quos sequitur Petrus à Nauar. lib. 3.  
de relit. cap. 2. num. 103. & tribus sequentibus, ac Lud. Molina  
de iust. & iure tract. 2. disput. 361. Gregor. à Valen. 2. 2. disp.  
5. quæstio. 20. punc. 2. concl. 5. Leonar. Lessius De iust. &  
iure lib. 2. cap. 21. dubit. 8. & Ferdinandus Rebellus de obli-  
gat. iustitia. par. 2. quæst. 13 nec immerito. Nam ius ad cœ-  
cum, cum ita certa sunt ac si essent in arca, tantum valent ac  
centum præfertur; alioqui sola temporis expectatio daret  
valorem rei: quod concedere, est vñuria ianuam aperire. Nec  
refert quod pluris estimetur pecunia præsens quam pecunia  
futura; quia illa estimatio non est rationabilis, nec virorum  
prudentius: sed vel nec. sitatem patientium, vel avarorum  
lucravidorum.

Accedit quod emere 100. futuro tempore soluenda pro  
90. in præsenti soluendis; sit virtuiter mutuo dare 90. pro  
100. postea recipiens, quod de se vñurari est. Præterea  
si obligatio ad soluendum 100. post annum non valeret 100.  
in præsenti, sequeretur licere carius vendere credid. quia  
numerata pecunia, etiam quando venditor non est suas  
merces seruatur, & quando nullum lucrum illi cessaret ex  
eo, quod vendat credita pecunia: vendendo enim centum  
illud quod valet tantum 90. diceret pro his emere ius ad ipsa  
centum. Id autem est contra Cap. Nauigant. De vñuria; ac  
etiam contra resolutionem dubij primi præcedentis. Quan-  
quam non negamus, quin si emptori tantum lucri cœset ex  
anticipata debiti solutione, vel tantum damni illi inde emer-  
gas, quatus est excessus debiti supra solutionem ipsam, quin  
inquam, eidem liceat excessum illum acciperet, præmonito  
venditore, quod ea de causa accipiat. Constat enim ex supra  
dictis non fieri iniuriam, si in emptione, & venditione aliquid  
amplius aut minus ratione interesse, accipiatur de mutuo cō-  
lenu contrahentium.

Dicendum est tertio, quod cum merito timetur debitum  
non esse integre soluendum, aut non sine labore & expensis;  
tunc ipsum ad aliquo tertio liceat e. m. pretio minore, quan-  
tum arbitrio prudenti: talibus de causis minus valere vide-  
bitur. Hoc confirmatur per differentiam, quam prædicta o-  
ffendunt interuenire in hac re, inter ipsum tertium, atq; debi-  
torem. Aduerte autem idem plane esse, si debitum sit litigiosum,  
aut non plane certum. Aduerte item id quod dicitur  
quod debita in futurum, ipsa nimis ex prædictis causis  
minori pretio emi; locum habere etiam in debitis quæ essent  
in præsenti soluenda, nec soluenda, aut quæ iam erant in præ-  
terito tempore soluenda, nec dum soluta sunt.

## C A P. XIX.

De emptione quæ fit anticipata solutione, & de venditione,  
quæ fit per proxenetam.

## S V M M A R I V M.

314 Emptio quæ fit anticipata solutione, descendendo infra pre-  
tium infinitum, est de se illicita.

315 Rejicitur quod Sotus sentit, sine vñura mercatores infra infi-  
mum pretium emi: re à ruficis lanas, aliquanto post solu-  
tione in tradendas.

316 Quando proxeneta possit accipere aliquid de pretio rei que  
fuit ei tradita vendenda.

317 Quatenus si qui emit nomine alterius, possit ultra quam eme-  
rit, ab eo accipere.

PRæcipue queritur; an in emptione quæ fit anticipata so-  
lutione, descendere liceat infra infinitum pretium? Pro-  
 cuius explicatione ponendum est, quod deducitur ex Capit.

muni estimatio, currit eo tempore, quo res vendita tradi-  
tur, non autem, quod currit tempore contractus. Quod pos-  
to sententia communis est, si res creditum minus valitura cum  
tradetur, quam cum venditur, eam licite, & sine obligatione  
ad restitutionem emi posse pretio, quo creditur minus tan-  
ta valitura, quātum eunq; illud sit infra infinitum currens, tunc  
cum celebratur contractus. Pro qua sententia textus est ex-  
pressus in Cap. Nauiganti. De vñuris. Is enim est secundus  
casus, qui ibidem à Gregorio IX. definitur, vt recte notat  
Sotus in 6. De iust. & iure, quæst. 4. art. 2. concl. 1. Ratio vero in  
promptu est, quia rei valor cui pretium debet proportione  
respondere, censetur is quem res habet cum traditur vten-  
da, & consumpta: maximè enim, quando venditio absolvitur  
(vt tunc sit) est habens ratio, vt integrum est qualitas  
inter pretium & rem venditam, vt requiratur ad venditionis  
iustitiam. Par ratio existimandū est, quod si res quæ tem-  
pore contractus valet quatuor, exempli gratia, creditur tem-  
pore traditionis sex valitura, non esse licet emere illam tan-  
tummodo quatuor: quia committeretur alioqui vñura pal-  
liata, duo deinde de pretio iusto, seu dando quatuor in pre-  
senti, vt in futuro accipias sex, non alio titulo, quam anticipa-  
ta solutionis, quæ mutuum quoddam est.

Vnde mihi tunc videtur quomodo Sotus in cit. quæst. 4. art. 2.  
sub finem, lanas qttas agricole & pastores solent vendere mul-  
to ante quam mercatoribus tradantur, velut sine vñura, &  
obligatione ad restitutionem emi, anticipato pretio minori  
quam sit infinitum, quod lane ipsæ redantur valitura eo  
tempore quo sunt tradenda. Nulla enim datur ratio, cur tales  
sint portus ab vñura, & restitutione excusandi, quam alii;  
quandoquidem similiter anticipata solutione emunt infra  
pratum illud infinitum, quod creditur futurum tempore tra-  
ditionis, & receptionis lanarum. Vnde Medina in Cod. Dere-  
bus restit. quæst. 38. in explicaione sextæ cause, dubio penit. &  
Nauarr. in Enchir. cap. 23. num. 82. a. certe docent illicitam esse  
talem emptionem. Quia vero Sotus pro se adferit, tantum  
probant lanam ob indigentiam agricultorum emi posse an-  
ticipato pretio; quod tamen taxandum sit secundum com-  
mune earum & sti nationem illius temporis quo traden-  
tur. Ex vñ auren mercatorum, quæ est in contrarium, nihil aliud colligitur, quam ut ipsos male agere, aut excusari  
ob lucrum aliquod ex tali anticipati. ne ipsis cessans, vel da-  
mmum emergens, vel ob periculum, cui lanæ ipsæ sunt ex-  
positæ pereundi spissis. Qui plenius tractatam candem diffi-  
cultatem videre volet, legat Lud. Molinam in citato tract. 2.  
disput. 359. & 360.

DE VENDITIONE quæ fit per proxenetam, illud occur-  
rit explicandū. Aut si proxeneta, aut cui alteri tradatur ali-  
quid vendendum pro decē & illud vendat duodecim, is tene-  
tur domino rei venditæ, totum, pura duodecim, dare. Ipsum  
ergo de quo Angelus in vñro Emplio. §. 8. Sylu. eod. verb., nu. 25.  
Gabr. in 4. d. ft. 15. s. u. 10. art. 3. dub. 4. Nau. in Enchir. cap. 23. n. 97.  
distinctione explicatur. Nam si duo illa quæ proxeneta ac-  
cipit, sint supra iustum rei pretium rigorosum, aut ligate taxatum,  
est tenuenda sunt emptori, tanquam iniuste ab eo accep-  
ta, cum res in rigore non valuerit plus quam decē. Si vero  
illa non sint supra iustum pretium, & pactum tacitū, vel ex-  
pressum fuerit, vt proxeneta domino rei tantum decem red-  
dere; siq; aliquid in pretiū ultra inueniret, sibi retinere, tunc  
certum est, quod possit duo illa retinere. Quod si tale pactū  
non interuererit, quidquid dicat Angelus, tenendum est cum  
ceteris, illa esse restituenda domino rei, quia reuera sunt pars  
iusti pretij sive rei; ipsiusq; voluntas cum determinauit pre-  
tiū rei vendendæ, tantum fuit, ne infra illud venderetur, nō  
autem ne supra illud, si occasio ita ferret. Ipse vero proxene-  
ta tenebitur, saltem ex fidilitate, vendere quam optimè po-  
terit intra latitudinem iusti pretij. Idq; locum habet sive is  
appendix à domino accipiat praefacienda venditore, sive  
non, sed gratis, & ex amicitia rogatu domini rei illam faciat;  
quia sive hoc, sive illud sit, sicut rem integrum debuisse red-  
dere domino, si vendere non potuisse; ita & debuit totum  
eius pretium reddere.

Aduerte idem pari ratione dicendum esse, cum quis ro-  
gauit alium, vt sibi rem aliquam emeret, possetque rogatus  
emere illam à proximo mercatore, pro duodecim, quæ si-  
quiat alium à quo habuit pro decē; dicendum, inquam, esse  
quod

315.

316.

317.

quod nec tunc possit accipere duo illa, quibus minoris emit, quia totum id intelligitur pertinere ad industriam quam roganti detulit liberaliter. Nec enim censetur in ea re extraordinariam operam ponere; quam si poneret, incrementum ea proueniens sibi sumere posset. Exemplum est, si quis cum non posset pro re inuenire vltra decem, detulit eam ad alium locum distantem, ubi plus valebat: plus enim ibi vendendo, incrementum quo supererat summum illud pretium, quod potuit hic inueniri, retinere potest, tanquam fructum extraordinariae sue opera. Idemque pari ratione censendum est de eo qui iussus aliquid emere, aportaret illud ex aliquo loco distante, ubi minus valebat. Nam illud quo emit minoris quam potuisset hic emere, capere potest tanquam fructum extraordinariae opera sue.

## C A P. XX.

## De venditione, qua solet fieri sub hasta.

S V M M A R I V M.

- 318 Quando venditio fiat sub hasta, & leges in ea seruande.  
 319 Explicatio dubij, an emptio sit eo ipso existimanda iusta, quod facta sit in subhastatione.  
 320 Fraudes per quas talis venditio redditur iniusta.  
 321 Quarens licet ei cuius bona venduntur sub hasta, supponere aliquem ad augendum pretium.

318.

**V**enditio sit sub hasta, quando publica proclamatione praconis, res exponitur venalis autoritate legis, vel Iudicis & plus offerenti conceditur. Sunt autem certae leges in ea seruandae. Prima est, quod debeant publica voce praconis proclamations fieri intra certum tempus, quod in reb. Fisci & Ecclesiæ definitum est iure ciuili, 20. dierum, Cod. De sacrosanctis Ecclesijs, lege Hoc ius porrectum. In alijs bonis vero est arbitriarum, id est, relictum arbitrio eorum, quoru authoritate bona ipsa venduntur; nempe tutorum, curatorum, exequitorum testamenti, vel Iudicium, ac Magistratum. Secunda est, quod res que venditur, tradi debeat plus offertentra tempus subhastationis; intra quod semper admittitur alias qui plus offerat, primus offerens liberatur ab obligatione emendi per secundum plus offerentem: ita tamen ut semper liberi possit denuo plus offere quantum voluerit. Tertia est, quod statim aliquis offerat pretium, obligetur etiam in conscientia dare quod obtulit, nisi aliis plus offerat infra tempus subhastationis. Quarta est, quod res que venditur, possit dari minus offerenti, propter faciliorum, vel vtiliorem pretij solutionem, seu quia magis idonei est quis ad solendum. Si vero pluras simul concurrent aquæ idonei, ac tandem differentes, locis esse potest gratia, sicut in alijs venditionibus, dummodo abst. fraus, vel res diuidenda sit cuilibet pro rata.

319.

Hic occurrit dubitatio, an eo ipso, quod res venditur sub hasta, censenda sit venditi iusto pretio, ita ut statim ac rem sub hasta venditam esse acceptum est, debeamus iudicare in conscientia, venditam iusto pretio? Cui satisfieri potest, dicendo enim quidem vim esse iustissimæ editionis (quem admodum post Medinam in Cod. De rebus ref. quest. 31. vers. Similiter si merces, annot Petrus à Nauar. lib. 3. De restituitione cap. 2. n. 36.) ut licet vilius emere in subhastationibus quam currat communis estimatio fori ciuitatis; nihilominus tamen non sequi continuo, vt si res vendita sit sub hasta, eo ipso debeat censeri vendita iusto pretio, quia in talis venditione, interuenire possunt multæ fraudes, per quas peccatur contra iustitiam emendo viliori pretio, quam res vendi poterat; vnde incurrit obligatio rescindendi contractum, aut refaciendi damnum, quod exinde oriri cognoscitur. Ita enim æquitatem naturalem postulare manifestum est.

320.

COMMITTI VERO possunt tales fraudes, ex parte quidem eorum quorum autoritate bona venduntur. Primo, si tempore quo pauci sunt emptores qui pretium augeant, res exponatur venditioni. Secundo, si faciant ut merces expositæ venditioni, tradantur offerenti pretium, antequam finiat tempus subhastationis. Tertio, si scienter vitia carundem mercium occultauerint, vel tacuerint. Quarto, si alios arcerint ab offerendo, vel augendo pretio, vt res minoris e-

mantur, & tradantur, quibus ipsi volunt, amicis videlicet aut consanguineis. Quinto, si aliquos inducant ad pretium augendum, vt pluris, quam communis hominem estimatione valeant, res ipsæ vendantur.

Aduerte tamen quod si auctio fieret ex certa scientia emporum, qui ne alius rem ferat, dedita operâ pretium ita agent, vt duplo superet illud quo apud mercatores talis res emeretur, excusat sit & à peccato, & à restituitione, vt bene monet Petrus à Nauar. in seq. num. 37. quia in eo casu merito presumitur donatio incremēti: cum nec ignorantia, nec necessitas, nec vila vis, aut fraudis interueniat, ex qua id ipsum pretium solvens, iniuriam pati censetur. Et certe, vt ille que tangit, non videtur à ratione alienū, vt in hoc genere venditionis publicæ, in quo ex tepiditate emporum res ferè semper minoris venditur quam valeat, tunc pluris vendatur scienti, & volenti sic emere. Nam vt illud ad malam, ita istud ad bonam fortunā vendoris pertinere censetur. Ex parte vero emporum possunt committi fraudes. Primo, si quis eorum curer ne eius augeat pretium, vt ipse minoris emat. Secundo, si ipsi inter se conueniant, vt quisq; parum, aut nihil augeat pretium. Tertio, si quis eorum per inuidiam, vel odium, persistat in contendingo, & augendo prezzo, non uterat, fed vt alius carius emat.

SI QVÆRAS, an illi quorum bona venduntur sub hasta, male faciant inducēdo aliquem, vt pretium augeat, ne merces vendantur minoris, quam æquum sit? Respondeatur, q; si probabiliter credat res esse minoris emēdas, quam aliqui emerentur, etiam si venderentur sub hasta, non male facere in eo: quia non inducunt ut merces pluris quam deceat, sed vt iusto pretio, vendantur. Si vero inducunt ne merces minoris vendantur, quam alia similes venditæ, sunt aliquando, etiam sub hasta, vel alibi vendi solitæ male faciunt, quia pretium huiusmodi venditionis variari solet, vt recte ait Medina loco cit. paucitate, vel multitudine emporum, quam secum adferre solent tempus, & locus.

## C A P. XXI.

## De negotiatione.

S V M M A R I V M.

- 322 Quid & quorū sit negotiatio.  
 323 Ea aliquando est, aliquando non est licita.  
 324 Quando illicita sit ex parte materiae, & quando ex parte eorum cum quibus exercetur.  
 325 Clericis & Monachis prohibita est negotiatio, nisi cohonestetur circumstantijs, & quibus.  
 326 Quomodo illicita sit negotiatio ex circumstantijs loci, temporis, finis, & modi.

**N**egotiationis nomine significatur emptio, non quæuis, sed ea duntaxat, quæ ad reuendendum causa lucri ordinatur. Vnde qui emit ut vtratur emptis, non dicitur negotiari, nec qui emit sibi & familiae necessaria, & deinde vendit quæ supersunt: nec qui emit merces, ut familiæ suæ prodet, & n. utato consilio easdem vendit; nec qui locat propria prædia, & conduit aliena. Perinde est autem, siue quis per se, siue per alium emat ad reuendendum, ut negotiari censetur. Duplex est vero negotiatio: una, quæ res emitur, ut reuendatur non mutata, vt ea quæ emitur frumentum, ut idem per postea reuendatur. Altera est, quæ res emittur, ut reuendatur immutata per aliquam artem, ut ea quæ emittur ferrum, ut vendatur clavi: emitur lignu, ut vendatur scabellæ: emiturlana, ut vendatur pannus. Earum prior (quæ proprie est negotiatio) confunditur cum mercatura, ut patet ex Cap. Ejcisiens, dist. 88. & posterior confunditur cum artificio.

Porro quod de negotiacione occurrit hoc loco tractandum, est, an sit, vel non sit licita. Atque aliquando esse licitam, & aliquando illicitam, ac proinde ex se indifferentem, patet per illud D. Aug. relatum in Cap. Fornicari, ead. dist. fornicari hominib. semper non licet, negotiari aliquando licet. Antequa enim quis sit Ecclesiasticus, licet ei negotiari, factio iam non licet. Atque speciem turpitudinis potius quam honestatis præse ferre, D. Thom. 2.2. quæstio. 77. artic. 4. deducit ex illius